
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
11 MD
18



CALLIMACHI
HYMNI et EPIGRAMMATA:

Quibus acceſſerunt

THEOGNIDIS CARMINA:


NEC NON

EPIGRAMMATA

Centum ſeptuaginta ſex

Ex ANTHOLOGIA GRÆCA,

Quorum magna pars non ante ſeparatim excuſa eſt.



His adjuncta eſt

GALENI Suaſoria ad ARTES.



NOTAS addidit,

Atque omnia emendate imprimenda curavit

EDITOR.

In Præfatione diſſeritur de Linguæ Græcæ Pronunciatione; ſecundumne *Quantitatem* an *Accentum* melius proced[illegible]



Ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης.
De ſe ipſe Callimachus.

LONDINI:

Impenſis GUL. THURLBOURNE Bibliopolæ Cantab.
Veneunt
Apud J. NOURSE, P. VAILLANT, J. BEECROFT, Lond.

MDCCXLI.

PRÆFATIO.

LIBITUM eſt mihi Callimachum minori forma imprimendum curare; tum quod ejus exemplaria difficillime reperirentur, nec niſi grandi venirent pretio; tum etiam quod a docto quodam ludi litterarii magiſtro, ut id facerem, non ſemel rogatus eſſem. Invaluit jam conſuetudo, mala hercle, niſi uterque male judicamus, ut Poetarum Græcorum vix quidquam in Scholis noſtris prælegatur, præter excerptas quaſdam Homeri atque Heſiodi particulas. Sæpenumero quidem queſtus ſum ipſe, conquerenteſque audivi viros eruditos, cum dicerent ſibi pueris nihil Græci lectum fuiſſe, excepto Homero & capitulis quibuſdam Nov. Teſt. cumque poſtea Sophoclem vel Demoſthenem in manus ſumpſiſſent, plane hoſpites fuiſſe, velut qui in diverſum orbem deferuntur. Hinc factum eſt, ut carmina illa Græca, quæ identidem typis evulgantur, vix unquam legi digna ſint, quippe vacua rerum, verborum plena; centones ex Homero, ſine nitore vel arte. Nam ſi adoleſcentes ad Elegiam aut Epithalamium ſcribendum accedant, guſtatis tantum vetuſtis illis vel bella vel res ruſticas tractantibus, quid fiet? non



mirabere certe, ſi ſe turpiter dederint. Huic igitur incommodo ut aliquatenus medeamur, tyronibus Græcæ Poeſeos candidatis *Callimachi Hymnos* in manus tradimus, quorum nihil ſimile aut ſecundum nunc habemus. Cumque omnes homines varietate ineſcari ſoleant, hac etiam in parte Lectori minime defuimus; nam poſtquam ex Hymnis Callimachi bonos verſus heroicos facere didicerit, ex *Epigrammatibus* ejus, quæ ſubjecimus, ſtatim Elegiacos facere diſcet; nec tantummodo ex *Iſtis*, ſed etiam ex *Theognide*, cujus Carminum plus quam dimidia pars Callimachum ſubſequitur.

Ceterum *Epigrammatum Callimachi* novam verſionem concinnavimus, proſaicam nempe; erat enim antehac non niſi metrica. Verſione vero pedibus vincta, ut hoc obiter dicam, nihil abſurdius puto; ubi fere interpres eget interprete, & ἀντιγράφῳ ipſo obſcurior eſt; ut ad Græca recurrendum ſit lectori, qui volet intelligere Latina. Non enim nauci eſt verſio, niſi id efficit, ut celerius arripias Græcorum verborum ſenſum. Eſt ſane bona verſio vice commentarii & ſcholiorum; bonam dico *fidelem & perſpicuam*; nam *elegantem* qui poſtulat, faſtidioſus eſt; elegantiæ in Terentio & Cicerone quærendæ ſunt: qui *ligatam pedibus*, faſtidioſior; Virgilium & Ovidium adeat, qui bonos verſus deſiderat.

Deinde *Epigrammata* plus quam trecenta ex *Anthologia Græca*, judicio arbitrioque noſtro excerpta, exhibuimus: hiſque verſionem ſubinde recentem & noſtrm,

noſtram, ſemper vero, ni fallor, vulgata emendatiorem adjunximus. Codicem manu ſcriptum Callimachi nullum unquam vidi, Editiones vero vetuſtiſſimas quaſque atque optimas ſuppeditavit ſplendidiſſima Bibliotheca *Richardi Mead* Archiatri. Cum autem vix cuiquam hodie ſatis ſit, illius viri nudam feciſſe mentionem, ne nos quidem eum nominaſſe tantummodo contenti erimus; quippe qui Philoſophiam & Humaniores Litteras cum Medicina ſua ita conjunxerit, ut in ſingulis peræque eminere videatur; cujuſque domus, & cor ipſum, atque adeo ipſe totus ſtudioſis & induſtriis hominibus ſemper patuerit, & nunc cum maxime pateſcat.

Denique, ut juſtum fieret volumen, quærebam aliquid proſæ orationis, quod non modo venuſtate, ſed & novitate ſe commendaret; nec inveni quidquam excellentius *Galeni Suaſoria ad Artes.* Erit enim recens & nova lectoribus, ſi perpaucos excipias, omnibus, quaſi nunc primum prodiret in lucem; & eſt certe plurima eruditione perſperſa, & omni lepore conditiſſima.

Notæ meæ cum voluptate & fructu, ni fallor, legentur; ſunt enim pleraque in eis *intacta* & *nova*, &, niſi nimis blandi ſunt amici, *vera.* Callimachum ipſum ſæpe illuſtravi, emendavi etiam aliquoties non infeliciter. Verſionem non mutavi quidem, quod nunc pœnitet, & faciam in altera editione; ſed paſſim in notis correxi. Mirabar

equi-

4

equidem, cum tot locos ab Interpretibus parum intellectos occurrere viderem.

Et jam finis esset hujusce Præfationis; nisi hortatu viri nobilitate & eruditione præstantis, cujus subinde convictor sum, de pronuntiatione Linguæ Græcæ paucula perstringenda restarent. Cum enim hujus rei mentio incidisset, & ego Demosthenis aliquid recitassem: Magna, inquit ille, cum voluptate audio te Græca pronuntiantem ex quantitate, nulla accentus ratione habita; ipse enim id semper facio, ipsumque Demosthenem sic fecisse mihi plane persuasi. Recte, inquam, & vere putas; cui enim non absurdum videatur, ut a simplicissimis incipiamus, *τίθημι* & *τίθεμαι*, *δίδωμι* & *δίδομαι*, eodem prorsus sono efferre, neglecta quantitate? *μι* enim & *μαι* nihil apud nos in pronuntiando differunt. Ergo nulla jam erit inter vocem activam & passivam differentia. Tu vero, si me voles intelligere, quid loquare, accentum neglige, & sic effer, *τιθη̄μι τιθε̆μαι, διδω̄μι διδο̆μαι*. Desinamus jam tandem activum & passivum confundere, ne cogamur rogare locutorem, *pono* velitne an *ponor*, &c. Tu vero, inquam, nobilissime Vir, jube afferri Demosthenem, ut ego te vicissim audiam. Non opus est libro, inquit ille, & statim voce maxima atque suavissima initium *Midianæ* memoriter citabat, *Τὴν μὲν ἀσελγεῑαν, ὦ ἄνδρες δικᾱσται, καὶ τὴν ὕβριν, ἣ πρὸς ἁπᾱντας ἀεὶ χρῆται Μειδῐας, οὐδε̆να οὔθ' ὑμῶν οὔτε τῶν ἄλλων πολῑτων ἀγνοεῖν οἴομαι.* Et illa *Olynth.* 3. *Ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμε̆νοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα, συμμᾰχους, ἐν ὑπηρε̆του*

καὶ

ϰ̀ προσθήκης μέρει γεγενῆσθε. Deinde, ὁμολογȣμένως τυραννίδα συσκευαζέσθ: non, ὁμολογȣμένως τυραννίδα συσκευαζέσθ. Denique magnifica illa addidit, ἄκρατον ἐλευθερίαν ἐωνοχόει: λευθερί, ὠνόχο, non, θερίαν, & νοχόει. Hic ego, Heus tu, Vir egregie, corripis, ni fallor, mediam vocis ακρατον; ſemper vero, mihi crede, producitur; & jam ſenties quanto fortius & ſonantius ſit, ακρατον (κρατον ε) ἐλευθερίαν ἐωνεχόει. Potes etiam ſic efferre, ut duo ſint Anapæſti θερίαν & νοχόει. Ut ſi occurreret vox ξυνομωμοκότες, ipſe quidem duos ex ea facerem anapæſtos, ut ad finem tam longi verbi tandem pervenirem. Iterum Demoſthenes, ἐξ ȣ̓ δὲ ȣ̓́τοι πεφηνᾶσι ῥήτορες &c. Hic νᾶ natura longa eſt, ut γεγονᾶσι, λελογχᾶσι, καταβεβρωθᾶσι, διενηνοχᾶσι, πεφρικᾶσι. Si vero mordicus adhuc retines πέφρικα ſecundum accentum, & πεφρίκᾶσι & διενηνέχᾶσι, jam tibi affirmo omnes Græcæ linguæ articulos fibraſque a te miſere confringi contundique. Quid enim monſtroſius barbariuſque quam διενηνόχᾶσι? νόχᾶσι pro νόχᾶσι. Ponamus vocem ἐξοστρακισθεὶς; vulgo ſic profertur, ἐξοστρᾱκίσθεὶς: hic primo cogeris ſyllabam τρα quæ natura brevis eſt, longam facere; deinde κις breviter pronunciatur. quæ hæc pertinacia eſt! Ipſe quidem proferre non poſſum ſine gravi anhelitu, et contorſione oris acerbiſſima. Ecce alteram vocem ἀθυρέγλωττος; conſuetudo enim jubet ſic accentum ponere: cogeris etiam hic, iterum dico, θυ, quæ longa eſt, brevem facere,

cogeris ρο producere, & γλωτ corripere. Nollem profecto ipſe, ſine magna mercede, verbum ἀθυρόγλωττον alta voce pronunciare ex accentu, quia metuendum certe eſſet, ne lingua ipſa & guttur diſrumperetur. Veriſſimum hoc nunc dicturus ſum; ſi Demoſthenes ipſe Anglum aliquem ſua quædam declamitantem audire poſſet, barbarum quid & Sarmaticum proferre eum crederet; eſſe Græcum vix ſuſpicaretur. Ergo ne illa quidem intelligeret, τὴν ἐλευθερῑαν προπεπώκōτες Φιλίππῳ. Jam effer, προπεπω̄κŏτες, ſtupere deſinet. Intolerabile ei videretur παντᾱπᾰσι pro παντᾰπᾱσι, ἀπō̄λω̆λος pro ἀπŏλω̄λος, ἀλᾰζōνες pro ἀλᾱζονες. Quæ portenta Θρασῡβŭλος, Αριστōνῑκος, Ιπποκρᾱτης, Ιφικρᾱτης! Quale illud, χελῐδων χελιδōνος, cum nemo neſciat longam eſſe mediam χελῑδων, brevem penultimam χελῑδονος? Minime vero id ferendum eſt, nunc ſemper a doctioribus etiam efferri ἀκρōᾰμα, παρᾱσῐτος, cum utriuſque vocabuli penultima ſemper longa ſit; ut et ἀκροᾱτης, θεᾱτης, θεᾱμα, θεᾱτος &c. Si πειρᾰτης, cur non Latine *pirăta*; ſi θεᾰτης, *ſpectător*; ſi ποιη̆της, poĕta; ſi παρασῐτος, parasĭtus; ſi καμῐνος, cur non camĭnus? Qui vero τεττῐγι et μυρμη̆κι pronunciare audet; nobiſne continuo iraſcetur, ſi *cicădæ* & *formĭcæ* dixerimus? Immo vero audimus nunc paſſim, prorſus indignantibus muſis, κινδŭνος & ακρῐβης, quarum mediæ ſemper producuntur, κινδῡνος, ακρῑβης.

Ergo

Ergo perperam ille fecit, qui primam secundamque vocis ἀκριβὴς corripuit, cum utramque producere debuerit. Magis etiam vitiose, qui φρῦνιχε pro brevi & duabus longis posuit, cum Φρῦνιχος dactylum faciat. Describam duos Aristophanis tetrametros *Ran. Act.* 4.

Ὡς ἦν ἀλάζων κ̓ φέναξ, ὅιοιστε τὰς θεάτας
Ἐξηπάτα, μωρὰς λαβὼν παρὰ Φρυνίχῳ τραφέντας.

Hic Φρῦνιχῳ prima longa, secunda brevi vides; nec hoc tantum, sed & ἀλάζων, θεάτας media longa, & ἐξηπάτα penultima brevi; quantitate & pronuntiatione ἐκ διαμέτρε pugnante cum accentu. Nam sic jubet accentus, ἀλαζὼν, θεατὰς, ἐξηπάτα. Ponam alios duos Aristoph. versus in *Plut. Act.* 2.

Ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες
Ἄνδρες φίλοι καὶ δημόται κ̓ τε πονεῖν ἐρασαί.

Quibus par & similis est iste a nobis factus pro re nata,

Ευριπίδης, Δημοσθένης, Θηραμένης ἔθηκεν.

Neque enim in Poetis Græcis, ut in Latinis, *Plauto*, *Terentio*, *Phædro*, ulla est omnino licentia. Quid vero de eo dicemus, qui ex voce ὑπεζευξαο duas breves & dactylum fecit, cum ε ante ζ semper longa sit, & α in poetico illo αο nullo modo possit corripi? Non potes igitur in fine hexametri ὑπεζεύξαο πόντον, sed sic, ὑπεζεύξαο δὲ πόντον. Quidquamne insuavius auribus accidere potest, quam

ἀκόνῑτον & ἀκόνῑτι; cum nemo nesciat esse ἀκόνῐτον *aconitum*, & ἄκονῐτι?

Vix me contineo, quin excandescam, quoties audio etiam Græce doctos Δημοσθένης, Θουκυδίδης, Θηραμένης &c. penultima longa pronuntiantes; ubi ρα, quæ semper longa est, inchoat enim Θηρᾱμένης tetrametrum, ut Δημοσθένης, brevem faciunt, ut με longa sit. Turpissime vero in Ευριπιδης penultimam producunt, antepenultimam corripiunt, atque ita misero Poetæ talum utrumque suffringunt. Sic Εὔριπος, εὔρινος, εὔριζος nunc penult. brevi efferuntur. Vix credas Sidonium Apollinarem in *Carmine nono*, docto sane & eleganti, hunc versum posuisse,

Orchestram quatit alter Euripidis;

ubi deceptus absurditate accentus bis gravissime peccavit contra rem metricam. Proxime sequitur in Sidonio,

Pictum foecibus Æschylon secutus.

Jam rogo quare penultimam in *Æschylon* non fecerit longam, ut magis rideremus, cum accentus super χυ pingi soleat; quod tamen qua ratione fiat, cum χυ brevis hic sit, non possum equidem concipere. Enimvero quid magis arbitrarium & tyrannicum est, quam ἄνθρωπος & Αἰσχύλος, contra omnes regulas & generales & speciales, ut videtur. Prudentius minime ferendus est profecto, qui vocum *eremus*, *idola*, *mathesis*, *Sarapis*, &c. penultimam corripuit

contra

contra naturam & rationem omnem. Qui ausus est etiam sic scribere,

Spirat de patrio corde Paraclētum,

et *mathēmāticus*; geminis, ut vides, utrobique peccatis contra metrum. Illum vero hominem non moror; Miltonum nostrum, summum Poetam, deceptum esse doleo; ille enim in *Paradiso Amisso* penultimam verbi *Sarapis*, vel *Serapis*, brevem fecit. Sic penult. in Παρύσατις plerique brevem faciunt, antepenult. longam, immani hallucinatione, propter absurde positum accentum.

Quinetiam non pauca verba sunt, de quorum accentu digladiantur etiam nunc Grammatici. In voce καρκινος hic circumflectit, ille acuit mediam; ego tertius accentum pono in prima; nam cum media semper brevis sit, nullus locus est circumflexo; qui vero acuunt, id quare faciant, prorsus nescio. Vocem ἰατρος prima & secunda brevibus omnes nunc efferunt, quos quidem audiverim; cum tamen ᾱ apud omnes Poetas producatur, primaque ῑ in Homero quidem nunquam brevis sit. Etiam in Novo Foedere qui *Attālia* & *Antiōchia* proferunt, bis peccare videntur, Græce enim Ατταλεια & Αντιοχεια, ergo Latine & Anglice *Attălia*, *Antiŏchīa*, *Seleucīa*, *Galatīa* &c. nec opus est ut cum ε scribantur in penultima. Age jam, quoniam in mentionem Sacrarum Litterarum incidimus, Divum Paulum προφητευοντα audiamus. Illa ad *Timotheum Ep.* ii. 3. mecum sic lege, si sapis: Εσονται γαρ οἱ ανθρωποι

θρῶποι φιλᾱῦτοι, ἀλᾱζονες, (vulgo ἀλᾰζ̄ονες) βλασφῆμοι, γονεῦσιν ἀπε̄ιθεις, ἀχαρῑςοι, ἀςο̄ργοι, ἀσπε̄νδοι, προδο̆ται, τετυφωμε̆νοι, ἐχο̄ντες μορφῶσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημε̆νοι: & illa, ἀνυπο̄τᾱκτοι, ματαιο̆λο̆γοι, καὶ φρε̄νᾰπᾰται, φλυᾱροι καὶ περιε̄ργοι &c. λόγοις πονῆροις φλυᾱρων ἡμας (non φλυᾰρων & φλυᾰροι, semper enim longa est media) πονῆροι ἀνθρῶποι καὶ γοη̄τες, διεφθαρμε̆νοι τὸν νοῦν, καὶ ἀπεςηρημε̆νοι τῆς ἀληθε̄ιας προκοψο̆υσιν ἐπὶ τὸ χε̄ιρον, non κοψο̆υσιν. Retinesne hic accentus, & regeris apicibus? Germanicum aut Russicum quid sonabunt Pauli verba, & quasi virga magica in Barbariem convertentur. Petrus *Ep.* ii. c. 2. Συμβεβη̄κε, inquit, αὐτοῖς τὸ τῆς ἀλῆθους παροιμῐας, κύων ἐπιςρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξερᾱμα, (non ἐξερᾰμα, nam penult. longa est) καὶ ὗς λουσᾱμε̆νη εἰς κῠλῑσμα βορβο̆ρου. Placet ne illud, an, quod abhorrent meæ aures, λουσαμε̄νη εἰς κῡλῐσμα βορβο̄ρου. Sin autem obstinate mecum aget Lector aliquis, & mordicus tenebit accentus suos, ne unum quidem verbum addam; sed si forte alicubi deprehendero hominem, Ciceronis illa initio *Philip.* 2. in ipsum os ejus sic deblaterabo: *Te miror, Antŏni, quorum, facta īmītēre, eŏrum exītus non perhorrescēre.* Ut hoc sic citatum non intelligeret Cicero, sic nec illa Græca Demosthenes; cum utroque in loco omnis syllaba omnium fere vocabulorum prorsus delumbetur. Nobis quidem certe ὀνο̄μᾱνε δικαιοσῡνην non minus absurdum videtur, quam *dēpōnēre dictatūram.*

Ergo

Ergo obſecro, & obteſtor per novem Muſas Muſicoſque omnes, quicunque hæc legent, ut *δικαιοσύνην* (*καιοσυ* pro dactylo) *ἐνόμηνε* magis amare velint; & *ἀποθεώσις* quam *ἀποθεώσις*, *μετεμψυχώσις* quam *μετεμψυχώσις*, *μεγαλοψῦχος* quam *μεγαλόψυχος*; utque *ἀνάθεμα* & *ἀνάθημα*, atque alia ſimilia, eodem prorſus tono efferre nolint. Unam omnino *ῥῆσιν* addam ex Iſocrate, quem in hujuſmodi argumento nefas eſſet præterire. Ecce, aperto libro, occurrit initium *Plataici*, Εἰδότες ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις προθύμως βοηθεῖν εἰθισμένους, καὶ τοῖς εὐεργέταις μεγίστην χάριν ἀποδιδόντας· ἥκομεν ἱκετεύσοντες, μὴ περιιδεῖν ἡμᾶς, εἰρήνης οὔσης, ἀναστάτους ὑπὸ Θηβαίων γενομένους. Iſtæc et ſequentia quicunque legerit, nec tamen mecum ſenſerit, inſigniter *ἀμουσος* ſit, neceſſe eſt.

Admonebo in tranſcurſu populares meos, verba quædam Latina ab ipſis accentu Græco inductis perperam pronuntiari: quia enim Μουσαγέτης habet apicem in penult, audies ubique *Musăgĕtes*; cum contra, *sā*, neceſſario longa ſit, et *gĕ* brevis. Cujus aures non vulnerant *Pharsălus*, *Stymphălus*, *Eubŭlus*, *Philotimus*, & ſexcenta alia? Quanquam Auſonius *Idyll.* 19. corripuit quidem ſecundam in voce *Stymphalidas*, ſed perperam. Porro cum tres priores in voce *mulierum* breves ſint, male omnino efferas *mulierum*, quaſi ſecunda longa eſſet; Terent. *Eunuch.* in fine verſus,

——*Novi ingenium mulierum*;

ut

ut quod mox ſequitur, *fac viciſſim ut memineris*, & iterum, *vos me hac ſequimini:* quibus in locis pro duabus brevibus poni poteſt una longa. Ita *calamitas*, quaſi eſſet *clamitas*; ſic *Ciliciam*, *benevolens*. Sic apud Græcos in fine trimetrorum, *γεγονεναι*, *γενομενον*, *λεγομενοις*, *ἐλαβομην*, niſi continuate & quam celerrime pronuntiaveris, verſus perimuntur planiſſime. Etiam apud Latinos Seneca,

Hoc eſt vetuſtum Pelopiæ limen domus.

Et Phædrus,

Nec his dolorem delinirem remediis.

Ubi in *Pelopiæ* & *remediis* duæ ſunt breves pro una longa, quaſi eſſet *Pelpiæ* & *remdiis*. Ariſtoph. *Nub.*

Λόγων ἀκριβῶν σκινδάλἄμυς μαθήσομαι.

Pronuntiamus etiam fere *mediŏcris*; perperam omnino, cum *o* longa ſit, *di* brevis. Immo vero *gratuitum* & *fortuitum* ſemper, ne uno quidem exemplo interveniente, penultimam producunt: ubi enim credas aliter eſſe, *tui* contrahitur in unam ſyllabam. Habet tamen, inquies, Statius *Sylv.* i. 6.

Et quas percoquit Ebuſia cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis:

ubi *tui* non poteſt coaleſcere. Sed primo corruptiſſimus locus eſt, nec ullum ex eo ſenſum elicias, quoquo verteris; deinde, ſi bene memini, adulterinum putat verſum iſtum *Largis* &c. doctiſſimus Marklandus. Ego genuinum non eſſe putem, quia

con-

contra omnem antiquitatem brevis est penult. *itum*.

Cavendum etiam, ne in fine pentametri ponamus vocem *pituita*, quod quidam fecit, cujus prima in Catullo & aliis semper longa est; neque vero recipit versus pentameter, ne hexameter quidem, quatuor syllabis. Vix opus est admonere, Horatii *pituitam* in tres syllabas contrahendam esse,

nisi cum pītūĭtă molesta est.

Sæpenumero equidem miratus sum, qua via accidere unquam potuerit, ut in lingua nostra compluria verba, nempe, *senator*, *competitor*, *inquisitor*, *curator*, *orator*, *auditor*, *conspirator*, &c. penultima brevi pronuntiarentur, contra omnem rationem & analogiam. Sed enim usus effecit, ut voces extra modum absonas nihil reformidemus. Æque enim terribiles sunt auditu Anglice *Competitor* & *Conspirător*, ac Latine *competivit* & *conspirăvit* breviter prolatæ. Quidlibet ausi videntur primi linguæ Anglicanæ fabricatores; & tamen refugerunt *imperător* penult. brevi, feceruntque *emperor*; cum vero & *Emperor* & *Duke* nunc aliud significent, voce aliqua pro *duce exercitus* carere videmur. Sed hæc obiter; ad rem ipsam redeamus.

Paucula quædam jam dictis addenda videntur. Rogitabit enim fortasse aliquis: Quid igitur censes tu? quid vis? tolleresne prorsus atque ejiceres accentus, si modo posses? Nollem, inquam; sed mutarem sane hic illic, & ad pauciores redigerem. Tot enim sunt Accentuum Regulæ *generales*

rales & *ſpeciales*,ut appellant; tot verba, de quorum accentu ab Editoribus librorum & Grammaticis adhuc dubitatur, ut *τρόπαιον* an *τροπαῖον*, *λίθειος* an *λιθειὸς*, *Φρενῖτις* an *Φρενίτις* &c. ſcribendum ſit, ut quod olim docendi & manu ducendi gratia excogitatum fuerit, nunc plane nauſeabundi videamus.

At enim hominis paulo audentioris ſibi videri dicunt nonnulli, rem tantam tamque inveteratam ad arbitrium ſuum revocare velle. Non video quare rem *magnam* appellent, quare *inveteratam*. Nam primum plurimos eſſe mortales ſcio, qui me *nugas* garrire dicturi ſint; deinde *nova* potius dicenda eſt ipſa Accentuum ratio, ſi ad marmora, numiſmata, & vetuſtiſſimos quoſque Græcorum codices redeamus, in quibus Accentus nullus, ac ne Spiritus quidem, uſquam comparet. Vidi ipſe, cum Romæ eſſem, & conſului, partim etiam contuli, codicem Vaticanum *Bibliorum*, in quo prima facie deprehendi Accentus Spiritusque, qui hic atque illic apponuntur, non eſſe a prima manu. Quod de Alexandrino noſtro vere dici poſſe omnes docti ſciunt; in quo ſane non ſolum a recentiori ſed & imperita manu additi ſunt. Cum vero apices iſtos adlinere jam conſuetudo jubeat, omneſque libri typis excuſi, pauciſſimis exceptis, eos habeant; ſic ponamus, ſi vis, ut cum genuina ſyllabarum quantitate ſemper conſpirent; vel, ſi quid habent ſuavitatis & pulchritudinis ſcilicet, locis, quos nunc poſſident, hærere patiamur; contemnamus tantum, dum legimus proſaicos Scriptores. Ergo

ſcri-

ſcribamus jam poſthac cum accentu communi Θȣκυδίδης Ορόλȣ, quæ verba ſunt in fine Pentametri: ſi vero in proſa occurrant, peſſimam conſuetudinem ita dominari ne ſinamus, ut Θȣκυδῖδης Ορο̄λȣ efferamus; aut ηλῖȣ ἀνάθῆμα παρὰ τῳ Κικε̆ρω̄νι, pro Κικε̆ρω̄νι & ἀνᾰθη̄μα; cum præſertim ᾰνᾰθε̆μα penult. brevi longe aliud ſignificet.

Jam quod objicitur a quibuſdam, accentus eſſe utiles & neceſſarios ad *denotandum* & *determinandum* quorundam verborum ſenſum, id adeo leve & infirmum putamus, ut vix mentione dignum videatur. Cum, aiunt, βασιλεια ſignificet & *regnum* & *regina*, θεα *ſpectaculum* & *Dea*, ψυχη *papilio* & *anima*; quis ſciet, qua de re loquatur ſcriptor, niſi apponatur accentus? Nemo, inquam ego, neſciet, niſi plane lethargicus ſit; nec id neſcivere veteres ante invectos Accentus: ipſius enim ſententiæ vi & neceſſitate ducti primo aſpectu & ſine conſideratione talia videbant. Ego neſciam ſcilicet, utrumne δημος ſignificet *populus* an *adeps*, θερμος *calidus* an *lupinus*, ιος *ærugo* an *ſolus*, ſine accentu? an φωτα ſignificet *hominem* an *luminaria?* an φθειρων ſit *corrumpens* an *pediculorum*, παρειας *genas* an *ſerpens?* κορεις *verris*, an vero *cimices?*

Eſt apud Ariſtophanem *Plut. Act.* 2. ταυτὸν θύμον φαγόντες. Quis non videt prima facie de comedenda *cepa* a Poeta hic agi, nec *animo* locum eſſe? Scholiaſtes tamen metuiſſe videtur, ne θυμον pro *animo* caperemus, & fluctus in ſimpulo excitat:

 Οὐδε-

Οὐδετέρως δὲ, inquit ille, τὸ θύμον λέγεται, καὶ βραχυπαραλήκτως, καὶ βαρυτόνως· ἐκτεινόμενον γὰρ, καὶ ὀξυνόμενον, καὶ ἀρσενικῶς κλινόμενον δηλοῖ τὴν ψυχήν. Rideo hunc; & rideret, ni fallor, Ariſtophanes ipſe, ſi viveret. Quis enim poteſt ignorare, niſi omnis metri prorſus ignarus ſit, θύμον hic priorem corripere? quis, niſi omnis ſenſus expers, pro *animo* poteſt accipere; vel, cum videat ταυτόν, idem quod ταυτὸ, de genere dubitare?

Quid vero dicent de voce κολον, quæ, cum tres vel quatuor varias res ſignificet, eundem tamen recipit accentum? ſi quando in aliquo auctore occurrerit, pro *cibo*, an pro *inteſtino*, an pro *mutilo* accipient? Eſte bono animo; ſtatim videbitis ex vi ſententiæ, qua de re loquatur ſcriptor. In libro Latino ſi forte detur vox *vitium*; egeone accentu, qui me doceat, an ſit genit. plur. a *vitis*, an pro *mali mores*, an tandem pro *ſtuprum vi oblatum?* Denique ſi veniat vox *prodite*; nonne ſtatim videbo ſitne a *prodire*, an a *prodere*, an vero vocat. a *proditus?*

Poteram plura, quis enim horum finis? Sed filum hic abrumpo, ne pro levi ſpecimine integrum Commentarium Lectori impingam.

Ceterum monendus eſt hujuſce Libri Emptor, *Verſiones* Callimachi aliorumque, quæ nunc Græca *comitantur*, ſic a Bibliopego diſponi poſſe, ut etiam *ſequantur*. Vale.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ

ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ

ΥΜΝΟΙ.

CALLIMACHI

CYRENAEI

HYMNI.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ

ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ

ΥΜΝΟΙ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΑ.

ΖΗΝΟΣ ἔοι τί κεν ἄλλο παρὰ σπονδῇσιν ἀείδειν
Λώϊον, ἢ θεὸν αὐτὸν, ἀεὶ μέγαν, αἰὲν ἄνακτα;
Πηλογόνων ἐλατῆρα, δικασπόλον οὐρανίδῃσι;
Πῶς καί νιν, Δικταῖον ἀείσομεν, ἠὲ Λυκαῖον;
Εν δοιῇ μάλα θυμός· ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.
Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Αρκαδίῃ· πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο;
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.
Εν δέ σε Παῤῥασίῃ Ρείη τέκεν, ἧχι μάλιστα
Εσκεν ὄρος θάμνοισι περισκεπές. ἔνθεν ὁ χῶρος
Ιερός. οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης
Ερπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται. ἀλλά ἑ Ρείης
Ωγύγιον καλέουσι λεχώϊον Απιδανῆες.
Ενθά σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων,
Αυτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.
Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔῤῥεεν, οὐδ' Ερύμανθος
Λευκότατος ποταμῶν. ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα
Αρκαδίη· μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι
Αὖτις. ἐπεὶ τημόσδε Ρέη ὅτ' ἐλύσατο μίτρην,
Η πολλὰς ἐφύπερθε Σαρωνίδας ὑγρὸς Ιάων
Ηειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ὤχησεν ἁμάξας·
Πολλὰ δὲ Καρίωνος ἄνω, διεροῦ περ ἐόντος,
Ιλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα, νίσσετο δ' ἀνὴρ

Πεζὸς

CALLIMACHI CYRENAEI

HYMNI.

IN JOVEM.

JOVIS apud sacrificia quid aliud sit celebrare
Melius, quàm Deum ipsum, semper magnum, semper regem,
Terrigenûm expulsorem, jura dantem coelicolis?
Et quomodo ipsum, Dictaeum canemus, an Lycaeum?
In dubio admodum *haeret* animus: quoniam genus Jovis controversum *est*.
Jupiter, te quidem *alii* Idaeis in montibus aiunt genitum,
Jupiter, te vero *alii* in Arcadia: utri, pater, mentiti sunt?
Cretenses semper mendaces. etenim sepulchrum, ô Rex, tuum
Cretenses fabricarunt. tu autem non periisti: es enim semper.
In Parrhasia autem te Rhea peperit, ubi maxime
Erat mons nemoribus obtectus: inde locus ille *est*
Sacer: neque eum aliquod indigum Lucinae
Animal, neque mulier adit *ulla:* sed ipsum Rheae
Veterem nominant puerperii lectum Apidanes.
Hic te postquam mater magno deposuit ex utero,
Statim quaerebat rivum aquae, quo partus *sui*
Sordes ablueret, tuumque corpus purgaret.
Ladon vero magnus nondum fluebat, neque Erymanthus
Limpidissimus amnium: sed adhuc sicca erat omnis
Arcadia; quae tamen erit maxime aquosa
In posterum. quoniam tum temporis quo Rhea zonam solvit, *i. peperit*,
Sane multas desuper quercus liquidus Iaon
Produxit, multos etiam Melas *fluvius* tum gestavit currus:
Multae praeterea supra Carionem, quamlibet nunc sit humidus,
Lustra construxerunt ferae; ibat etiam vir

Pedeſter tum ſuper Crathin, tum ſuper ſcrupuloſum Metopen
Sitibundus: ſed multa aquae copia ſub pedibus latebat.
Itaque in hac difficultate conſtituta dicebat veneranda Rhea,
Terra chara, parito & tu *undam*: tui enim dolores leves *ſunt*.
Dixit: & cum denuo extendiſſet Dea magnum in ſublime cubitum,
Percuſſit montem ſceptro. at ille duobus locis multum diſceſſit,
Effuditque magnum fluxum. Tum corpus *à ſe* perpurgatum,
O Rex, tuum faſciis involvit: & Nedae te dedit portandum
In receſſum Cretenſem (ut clam *ibi* educareris)
Natu maximae nympharum, quae ipſum tunc nutriebant,
Natu, *inquam*, maximae, poſt Stygem & Philyren.
Neque vanam repoſuit Dea *illi* gratiam, quippe fluvium
Illum Nedam appellavit. Atque is olim copioſus juxta ipſum
Cauconum oppidum, quod Leprium vocatum eſt,
In mare defertur: & vetuſtiſſimam ſane hanc aquam
Poſteri bibunt Lycaoniae urſae. *i. Arcades.*
Poſtquam vero Thenas reliquit, ad Cnoſſum deferens,
Jupiter pater, te nympha: (Thenae autem prope Cnoſſum)
Ibi tum decidit tibi, Deus, omphalos: *i. umbilicus:* hinc iſtum
Omphalium deinceps locum nominant Cydones.
Jupiter, te vero Corybantum ſociae ulnis amplexae ſunt
Dictaeae Meliae: te circumtulit Adraſtea
Cunis in aureis: tu autem ſuxiſti plena lactis ubera
Caprae Amaltheae: & inſuper dulcem favum comediſti.
Extiterunt enim ſubito opera Panacridis apiculae
Idaeis in montibus, quos vocant Panacra.
Commodum item Curetes te circum armatum tripudium luſerunt,
Arma concutientes: ut Saturnus auribus ſonitum
Clypei audiret, non autem te vagientem.
Pulchre quidem creviſti, pulchreque educatus es, o coeleſtis Jupiter:
Cito etiam adoleviſti, & velox tibi oborta eſt lanugo.
Sed & quum adhuc adoleſcentulus eſſes, cogitaſti omnia tanquam adultus:
Ideoque tibi fratres, quamvis natu priores eſſent,
Coelum non inviderunt ut tu haberes in diviſione aſſignatam domum

Priſci

Πεζὸς ὑπὲρ Κρᾶθίν τε, πολύστειόν τε Μετώπην
Διψαλέος. τὸ δὲ πολλὸν ὕδωρ ὑπὸ ποσσὶν ἔκειτο.
Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης σχομένη φάτο πότνια Ῥείη,
Γαῖα φίλη, τέκε καὶ σύ. τεαὶ δ' ὠδῖνες ἐλαφραί.
Εἶπε, καὶ ἀντανύσασα θεὰ μέγαν ὑψόθι πῆχυν,
Πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ. τὸ δὲ οἱ δίχα πουλὺ διέστη,
Ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα. τόθι χρόα φαιδρυνάσα,
Ὦνα, τεὸν σπείρωσε. Νέδη δέ σε δῶκε κομίσσαι
Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, (ἵνα κρύφα παιδεύοιο)
Πρεσβυτάτη νυμφέων αἵ μιν τότε μαιώσαντο,
Πρωτίστη γενεῇ, μετά τε Στύγα, Φιλύρην τε.
Οὐδ' ἁλίην ἀπέτισε θεὴ χάριν, ἀλλὰ τὸ χεῦμα
Κεῖνο Νέδην ὀνόμηνε· τὸ μέν ποθι πουλὺ κατ' αὐτὸ
Καυκώνων πτολίεθρον, ὃ Λέπριον πεφάτισται,
Συμφέρεται νηρῆϊ· παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ
Υἱωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο.
Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα,
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σέ, (Θεναὶ δ' ἔσαν ἐγγύθι Κνωσσοῦ)
Τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός· ἔνθεν ἐκεῖνο
Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.
Ζεῦ, σὲ δὲ Κυρβάντων ἑταραὶ προσεπηχύναντο
Δικταῖαι Μελίαι, σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια
Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ· σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν
Αἰγὸς Ἀμαλθείης, ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἔβρως.
Γέντο γὰρ ἐξαπιναῖα Πανακρίδος ἔργα μελίσσης
Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τά τε κλείουσι Πάνακρα.
Οὖλα δὲ Κούρητές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο,
Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
Ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μή σεο κουρίζοντος.
Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ.
Ὀξὺ δ' ἀνήβησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι.
Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια·
Τῷ τοι καὶ γνωτοί, προτερηγενέες περ ἐόντες,
Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον.

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί·
Φάντο πάλον Κρονίδῃσι διὰ τρίχα δώματα νεῖμαι·
Τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσαι,
Ος μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
Πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.
Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.
Οὔ σε θεῶν ἑσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σή τε Βίη, τό τε Κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.
Θήκαο δ' οἰωνῶν μέγ' ὑπείροχον ἀγγελιώτην
Σῶν τεράων· ἅτ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.
Εἵλεο δ' αἰζηῶν ὅ, τι φέρτατον· οὐ σύ γε νηῶν
Εμπεράμους, οὐκ ἄνδρα σακέσπαλον, οὐ μὲν ἀοιδόν.
Αλλὰ τὰ μὲν μακάρεσσιν ὀλίζοσιν αὖθι παρῆκας,
Αλλα μέλειν ἑτέροισι. σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους
Αὐτούς, ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος, ὧν ἴδρις αἰχμῆς,
Ων ἐρέτης, ὧν πάντα· τί δ' οὐ κρατέοντος ὑπ' ἰσχύν;
Αυτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ηφαίστοιο·
Τευχηστὰς δ' Αρῆος· ἐπακτῆρας δὲ Χιτώνης
Αρτέμιδος· Φοίβου δὲ, λύρης εὖ εἰδότας οἴμους.
Εκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον. τῷ καί σφι τεὴν ἐκρίναο λάξιν·
Δῶκας δὲ πτολίεθρα φυλασσέμεν· ἵζεο δ' αὐτὸς
Ακρῃς ἐν πτολίεσσιν, ἐπόψιος οἵ τε δίκῃσι
Λαὸν ὑπὸ σκολιῇς, οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν.
Εν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβον·
Πᾶσι μὲν, οὐ μάλα δ' ἶσον. ἔοικε δὲ τεκμήρασθαι
Ημετέρῳ μεδέοντι· περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν.
Εσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἠοῖ νοήσῃ·
Εσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ.
Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνί· τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν

Αὐτὸς

Prisci autem nullo modo veraces fuerunt Poëtae:
Dicebant filios Saturni trifariam domos divisisse.
Quis etenim de coelo & inferno sortem mitteret,
Nisi esset plane stupidus? De re enim aequali convenit
Sortem mittere: haec autem tantum, quantum plurimum distant.
Mentirerne ego ea, quae placerent auribus.
Non te deorum regem sortes constituerunt: sed opera manuum,
Tuaque Potentia & Robur, quod etiam collocasti prope sedem tuam.
Sed constituisti & avem omnium praestantissimam nunciam
Tuorum auguriorum, quae utinam amicis meis fausta ostendas.
Elegisti praeterea ex juvenibus omnium optimos: non qui navibus *exercent*
Mercaturam, non virum scutatum, non poëtam:
Sed haec quidem Diis minoribus illic reliquisti,
Alia curanda aliis: tu vero elegisti urbium principes
Ipsos: quorum sub potestate *est* agricola, quorum peritus militiae,
Quorum remex, quorum *sunt* omnia: & quid non dominantis sub potestate?
Primo quidem fabros canimus *esse* Vulcani:
Milites deinde Martis: venatores item Chitones
Dianae: Phoebi denique, qui lyrae bene sciunt modos.
At ex Jove sunt reges: quoniam Jovis nihil regibus
Divinius *est*. ideoque tuum illis decrevisti ordinem:
Constituisti autem, qui urbes custodiant. tuque ipse praesides
In arcibus, inspector tam *eorum* qui judiciis
Populum iniquis, quam eorum qui aliter gubernant.
Adjecisti quoque opulentiam ipsis, & quod satis *est* fortunarum:
Et hoc omnibus quidem, sed non ex aequo tamen. par est *hoc* colligere
Ex nostro rege. nam is late circa *potentia* progressus est.
Vesperi ille perficit, de quibus mane cogitaverit:
Et vesperi quidem ardua: minora autem quamprimum cogitaverit.
Alii vero haec quidem uno anno, ista autem non uno; ab aliis vero prorsus

Tu

Tu ipſe conficiendi facultatem amoviſti, & conſilia eorum
diſcuſſiſti.
Salve plurimum, o Saturnie exſuperantiſſime, dator bonorum,
Dator incolumitatis. tua vero opera quis celebret?
Non fuit, nec erit. quis Jovis opera celebret?
Salve iterum atque iterum. Da *nobis* & virtutem & opes.
Neque ſine virtute opulentia poteſt homines beare,
Neque ſine opulentia virtus. da ergo & virtutem & opes.

HYMNUS IN APOLLINEM.

QUantopere iſte Apollinis commotus eſt laureus ramus!
Quantopere hoc totum antrum! procul *ſit*, quiſquis
facinoroſus.
Et certe oſtia praeclaro pede Phoebus tundit.
Non vides? annuit Deliaca ſuave quid palma
Derepente, & olor in aëre pulcre modulatur.
Ipſa vos nunc repagula forium recumbite,
Ipſi etiam vos vectes. Deus enim jam non longe *abeſt*.
At vos, pueri, cantum etiam ad ſymphoniam parate.
Apollo non cuivis apparet, ſed *ei* quiſquis vir bonus.
Qui ipſum viderit, magnus hic: qui non videt, abjectus
ille *eſt*.
Videbimus *te*, o Apollo, & nunquam erimus abjecti.
Neque tacitam citharam, neque tacitum greſſum
Phoebo praeſente pueri habeant:
Siquidem celebraturi ſint olim nuptias, & canitiem raſuri,
Et muros condituri ſuper antiqua fundamenta.
Admiratus ſum pueros, quandoquidem chelys non amplius
otioſa fuit.
Favete linguis vos audientes de Apolline cantum.
Favet & pelagus, quando celebrant poëtae
Aut citharam aut tela divina Lycorei Apollinis.
Neque Thetis Achillem deplorat miſera mater,
Quoties Io paean, io paean, audiverit.
Sed & lacrymoſum differt dolores ſaxum,

Αὐτὸς ἄνην ἐκόλουσας, ἐνέκλασας δὲ μενοινήν.
Χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε, δῶτορ ἐάων,
Δῶτορ ἀπημονίης. τεὰ δ' ἔργματα τίς κεν ἀείδοι;
Οὐ γένετ', οὐκ ἔσται· τίς κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσει;
Χαῖρε, πάτερ, χαῖρ' αὖθι· δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε.
Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΑ.

ΟΙΟΝ ὁ τῷ 'πόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὅρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον. ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός.
Καὶ δή που τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει.
Οὐχ ὁράας; ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοῖνιξ
Εξαπίνης, ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει.
Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων,
Αὐταὶ δὲ κληῖδες· ὁ γὰρ θεὸς οὐκέτι μακράν.
Οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.
Ω 'πόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ' ὅ τις ἐσθλός.
Ος μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος· ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος.
Οψόμεθ', ὦ Εκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ' οὔποτε λιτοί.
Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄψοφον ἴχνος
Τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος,
Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον, πολιήν τε κερεῖσθαι,
Εστήξειν δὲ τὸ τεῖχος ἐπ' ἀρχαίοισι θεμέθλοις.
Ηγασάμην τοὺς παῖδας, ἐπεὶ χέλυς οὐκέτ' ἀεργός.
Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες ἐπ' Ἀπόλλωνος ἀοιδῇ.
Εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείουσιν ἀοιδοὶ
Η κίθαριν, ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου.
Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ,
Οππότ' ἰὴ παιῆον, ἰὴ παιῆον ἀκούσῃ.
Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος,

Ος τις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται,
Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.
Ιὴ, ἰὴ φθέγγεσθε· κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν.
Ος μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο.
Ος τις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Απόλλωνι μάχοιτο.
Τὸν χορὸν ὡ'πόλλων, ὅτι οἱ κατὰ θυμὸν ἀείδει,
Τιμήσει. δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διῒ δεξιὸς ἧσται.
Οὐδ' ὁ χορὸς μετὰ Φοῖβον ἐφ' ἓν μόνον ἦμαρ ἀείσει.
Εστι γὰρ εὔυμνος· τίς ἂν οὐ ῥέα Φοῖβον ἀείδοι;
Χρύσεα τῷ 'πόλλωνι, τό τ' ἐνδυτὸν, ἥτ' ἐπιπορπὶς,
Η τε λύρη, τό τ' ἄεμμα τὸ Λύκτιον, ἥ τε φαρέτρη·
Χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα. πολύχρυσος γὰρ Απόλλων,
Καί τε πολυκτέανος. Πυθῶνί κε τεκμήραιο.
Καί κεν ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος· οὔποτε Φοίβου
Θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.
Αἱ δὲ κόμαι θυόεντα πέδῳ λείβουσιν ἔλαια.
Οὐ λίπος Απόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι,
Αλλ' αὐτὴν πανάκειαν. ἐν ἄστεϊ δ' ᾧ κεν ἐκεῖναι
Πρῶκες ἔραζε πέσωσιν, ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο.
Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔ τις τόσον ὅσσον Απόλλων.
Κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν·
Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή.
Κείνου δὲ θριαὶ, καὶ μάντιες· ἐκ δέ νυ Φοίβου
Ιητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.
Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν, ἐξ ἔτι κείνου
Εξότ' ἐπ' Αμφρυσῷ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους,
Ηϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Αδμήτοιο.
Ρεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶγες
Δεύοιντο βρεφέων ἐπιμηλάδες, ᾗσιν Απόλλων
Βοσκομένης ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν. οὐδ' ἀγάλακτες
Οἶες, οὐδ' ἄκυθοι, πᾶσαι δὲ κεν εἶεν ὕπαρνοι.
Η δέ κε μουνοτόκος, διδυματόκος αἶψα γένοιτο.
Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι πόλιας διεμετρήσαντο

Ανθρωποι.

Qui in Phrygia humidus lapis induruit,
Lapis *ille*, pro muliere *Niobe* miserabiliter hiante.
Io io resonate: malum est cum diis contendere.
Qui contendit cum diis beatis, cum meo rege contenderit:
Qui cum meo rege, etiam cum Apolline contenderit.
Coetum hunc Apollo, quum ex sententia ejus cecinerit,
Honore afficiet. potest enim, quum a Jovis dextra sit collocatus.
Atqui haud coetus iste Apollinem uno tantum die celebrabit:
Est enim laudum ubique plenus. quis non facile Phoebum laudarit?
Aurea *sunt* Apollini & amictus, & fibula,
Et lyra, & arcus Lyctius, & pharetra:
Aurei *sunt* etiam calcei. nam multo auro Phoebus
Et omnium rerum copia affluit. *id quod* ex Delphis colligas.
Quin etiam semper formosus, & semper juvenis *est*. nunquam Phoebi
Teneris ne tantillum quidem lanuginis increvit genis.
Capilli vero odoriferis in terram stillant oleis.
Non adipe crines Apollinis stillant,
Sed ipsa panacea. In urbe autem quacunque illae
Guttae in terram deciderint, omnia incolumia redduntur.
Arte praeterea nemo tam varia *est praeditus* quam Apollo.
Ille sagittatorem fortitus est virum, ille poëtam.
Phoebo enim & sagitta curae est & carmen.
Illius etiam *sunt* sortes, & vates. Ex Phoebo item
Medici didicerunt prolationem mortis.
Phoebum etiam Nomium cognominamus, ex illo *tempore*
Ex quo juxta Amphrysum jugales pavit equas,
Impuberis amore inflammatus Admeti.
Facile quidem pascuum sit plenum, neque caprae
Egeant hoedis admixtae ovibus, in quas Apollo
Pascentes oculum conjecerit: neque sine lacte
Oves, neque infoecundae *fuerint*, sed omnes sub se agnum habuerint:
Et quae unipara *erit*, gemellipara repente fuerit.
Phoebum insuper qui sequuntur, illi civitates dimetiri solent

Homines. Phoebus enim ſemper civitates gaudet
Condi, & ipſe fundamenta *earum* Phoebus ponit.
Quadrimus *adhuc* prima fundamenta Phoebus jecit
In pulchra Ortygia rotundam prope paludem.
Diana venata capita aſſidue caprearum
Cynthiadum afferebat, ipſe vero compingebat aram Apollo.
Conſtruxit quidem cornibus fundamenta, compegitque aram
Ex cornibus: cornua vero undique oppoſuit parietibus.
Sic didicit prima fundamenta Phoebus jacere.
Phoebus etiam foecundam meam civitatem oſtendit Batto:
Et Libyam ingredienti corvus praeivit populo
Auſpicatus coloniae ductor: & juravit ſe moenia daturum
Noſtris regibus: & ſemper ſtat jurejurando Apollo.
O Apollo, multi te Boëdromium appellitant,
Multi etiam Clarium (undique enim nomen tibi multiplex)
Sed ego Carneum. mea in patria ſic vocatur.
Sparta tibi, Carnee, prima *fuit* ſedes:
Altera dein There: tertia vero, urbs Cyrenae.
Te quidem e Sparta ſeptimus in familia OEdipi
Adduxit in Theraeam coloniam: e Thera autem
Sanus Ariſtoteles Asbyſtidi invexit terrae:
Conſtruxitque tibi admodum elegans templum, inque civitate
Inſtituit feſtivitatem anniverſariam, in qua multi
Supine procumbunt in coxendicem, ô Rex, tauri.
Io io Carnee, quem multis precibus venerantur, tuae quidem arae
Flores gerunt in vere, quotquot tempus
Pictos *tum* producit, zephyro inſpirante rorem,
Hyeme vero crocum ſuavem. & ſemper tibi perpetuus ignis *eſt*:
Neque unquam heſternum abſumit carbonem cinis.
Equidem laetatus eſt vehementer Apollo, quando cincti baltheis Bellonae *(i. armati)*
Viri tripudiarunt cum flavis Libyſſis,
Solenne ubi ipſis Carneae feſtivitatis adveniſſet tempus.
Sed tum nondum ad fontem Cyren poterant accedere
Dorienſes: verum denſam nemoribus Azilin incolebant.

Ανθρωποι. Φοῖβος γὰρ ἀεὶ πολίεσσι φιληδεῖ
Κτιζομέναις, αὐτὸς δὲ θεμείλια Φοῖβος ὑφαίνει.
Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε
Καλῇ ἐν Ορτυγίῃ περιηγέος ἐγγύθι λίμνης.
Αρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Απόλλων.
Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Εκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.
Ωδ' ἔμαθεν τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἐγείρειν.
Φοῖβος καὶ Βαθύγειον ἐμὴν πόλιν ἔφρασε Βάττῳ·
Καὶ Λιβύην ἐσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ
Δεξιὸς οἰκιστῆρ· καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν
Ημετέροις βασιλεῦσιν· ἀεὶ δ' εὔορκος Απόλλων.
Ω ̓́πολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι,
Πολλοὶ δὲ Κλάριον (πάντη δέ τοι οὔνομα πουλὺ)
Αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον· ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω.
Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἔδεθλον,
Δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνη.
Εκ μέν σε Σπάρτης ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο
Ηγαγε Θηραίην ἐς ἀπόκτισιν· ἐκ δέ σε Θήρης
Οὖλος Αριστοτέλης Ασβυστίδι πάρθετο γαίῃ.
Δεῖμε δέ τοι μάλα καλὸν ἀνάκτορον· ἐν δὲ πόληϊ
Θῆκε τελεσφορίην ἐπετήσιον, ᾗ ἔνι πολλοὶ
Υστάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον, ὦ ἄνα, ταῦροι.
Ιὴ ἰὴ, Καρνεῖε πολύλλιτε, σεῖο δὲ βωμοὶ
Ανθεα μὲν φορέουσιν ἐν εἴαρι, τόσσα περ ὧραι
Ποικίλ' ἀγινεῦσι ζεφύρου πνείοντος ἐέρσην,
Χείματι δὲ κρόκον ἡδύν· ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ,
Οὐδέ ποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη.
Η ῥ' ἐχάρη μέγα Φοῖβος, ὅτε ζωστῆρες Ενυοῦς
Ανέρες ὠρχήσαντο μετὰ ξανθῇσι Λιβύσσης,
Τέθμιαι εὖτέ σφιν Καρνειάδες ἤλυθον ὧραι.
Οἱ δ' οὔπω πηγῆς Κυρῆς ἐδύναντο πελάσσαι
Δωριέες, πυκινὴν δὲ νάπαις Αζιλιν ἔναιον.

Τοὺς μὲν ἄναξ ἴδεν αὐτὸς, ἰῇ δ' ἐπεδείξατο νύμφη
Στὰς ἐπὶ Μυρτούσης κερατώδεος· ἧχι λέοντα
Ὑψηὶς κατέπεφνε, βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο.
Οὐ κείνου χορὸν εἶδε θεώτερον ἄλλον Ἀπόλλων,
Οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν ὀφέλσιμα τόσσα Κυρήνῃ,
Μνωόμενος προτέρης ἁρπακτύος. οὐδὲ μὲν αὐτοὶ
Βαττιάδαι Φοίβοιο πλέον θεὸν ἄλλον ἔτισαν.
Ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἀκούομεν, οὕνεκα τοῦτο
Δελφός τοι πρώτιστον ἐφύμνιον εὕρετο λαὸς,
Ἦμος ἑκηβολίην χρυσέων ἐπεδείκνυσο τόξων.
Πυθώ τοι κατιόντι συνήντετο δαιμόνιος θὴρ,
Αἰνὸς ὄφις. τὸν μὲν σὺ κατήναρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Βάλλων ὠκὺν ὀϊστόν· ἐπηΰτησε δὲ λαὸς,
Ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἵει βέλος. εὐθύ σε μήτηρ
Γείνατ' ἀοσσητῆρα· τὸ δ' ἐξ ἔτι κεῖθεν ἀείδῃ.
Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν,
Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ', ὅσα πόντος, ἀείδει.
Τὸν φθόνον ὠπόλλων ποδί τ' ἤλασεν, ὧδέ τ' ἔειπεν·
Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ
Λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.
Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι,
Ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον.
Χαῖρε ἄναξ. ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ φθόνος, ἔνθα νέοιτο.

ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΡΤΕΜΙΝ.

ΑΡΤΕΜΙΝ (οὐ γὰρ ἐλαφρὸν ἀειδόντεσσι λαθέσθαι)
Ὑμνέομεν, τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλονται,
Καὶ χορὸς ἀμφιλαφὴς, καὶ ἐν οὔρεσιν ἑψιάασθαι.
Ἀρχόμενοι ὡς ὅτε πατρὸς ἐφεζομένη γονάτεσσι

Hos quidem rex *Apollo* ipse vidit, suaeque ostendit conjugi,
Stans super Myrtusa promontorio. ubi leonem
Hypseis occidit, boum Eurypyli perniciem.
Haud ista saltationem vidit diviniorem aliam Apollo:
Nec civitati *ulli* tot largitus est commoda quot Cyrenae,
Recordatus pristini *Cyrenes* raptus: neque sane ipsi
Battiadae magis quam Phoebum Deum ullum coluerunt.
Io io Paean, audimus: quoniam istum
Delphicus tibi primum hymnum invenit populus:
Quo tempore jaculationem aurearum demonstrasti sagittarum.
Nam Pythonem tibi descendenti occurrit saeva bestia,
Horribilis serpens. eum tu quidem occidisti, aliam super aliam
Mittens velocem sagittam. acclamavit autem populus,
Io io Paean, mitte sagittam: quoniam te mater
Peperit auxiliatorem. Atque hoc ex illo canit *populus.*
Invidia in aures Apollinis clanculum dixit,
Non admiror poëtam, qui non tantum, quantum pontus, cantat.
Invidiam Apollo pede repulit, & sic dixit:
Assyrii fluvii copiosus *est* fluxus, sed multas
Sordes terrae & multam in aqua illuviem trahit.
Cereri autem non ex omni *fluvio* aquam libant Melissae:
Sed qui purus & nulla sorde infectus serpit
Fonte è sacro parvus latex, eximius *aquarum* flos.
Salve rex: sed invidus ubi male pereat, illuc abeat.

HYMNUS IN DIANAM.

DIANAM (neque enim leve est canentibus, si ejus obliviscantur)
Celebramus, cui tela & retia curae sunt,
Et tripudium sub arboribus, & in montibus ludi.
Principium hinc ducentes, quomodo, quum patris insideret genibus,

Puella adhuc adoleſcens, haec verba ad patrem protulerit:
Da mihi, tata, virginitatem in aeternum conſervare,
Et nominum multitudinem: ne *hac* mecum Phoebus certare poſſit.
Da etiam ſagittas & arcus. ſine, pater: non a te pharetram,
Nec poſtulo magnum arcum, (mihi Cyclopes ſagittas
Confeſtim fabricabunt, mihi etiam flexilem arcum)
Sed ut lucem feram, & ad genua uſque tunicam
Succingam fimbriatam, quando agreſtes feras perimo.
Da mihi item ſexaginta tripudii ſocias Oceaninas,
Omnes novem annos natas, omnes adhuc puellas diſcinctas.
Da quoque mihi pediſſequas Amniſides viginti nymphas:
Quae mihi & calceamenta venatoria, &, ubi interdum neque lynces
Neque cervos arcu feriero, celeres canes bene curent.
Da praeterea mihi omnes montes: urbem vero mihi quamcunque imperti,
Quamcunque vis. rarum enim *hoc erit*, quum Diana in urbem ibit:
In montibus habitabo: urbibus vero admiſcebor hominum,
Solummodo quum acutis pariendi doloribus mulieres
Oppreſſae vocarint *me* opitulatricem: quibus me Parcae,
Ut primum nata ſum, ſortem aſſignarunt opem ferendi:
Quoniam & quum me pareret & in utero ferret non doluit
Mater, ſed ſine labore e ſuo depoſuit utero.
Sic puella loquuta, barbam voluit patris
Apprehendere: ſed ſaepius fruſtra extendit manus,
Uſquedum attingeret. Pater autem annuit cum riſu,
Dixitque, *eam* demulcens, quando mihi tales *liberos* deae
Pepererint, parvi ego aemulae Junonis
Iracundiam aeſtimavero. habe, filia, quaecumque ultro
Poſtulas: ſed & alia pater multo majora dabit.
Triginta tibi urbes, & turrim non unam dabo:
Triginta tibi urbes, quae neminem alium Deum honorare
Scient quam ſolam te, & Dianam *ſolam* invocare.
Multas etiam communiter *cum aliis* urbes dimetiendas
Tam mediterraneas quam inſulas *dabo:* & in omnibus erunt
Dianae arae ac luci. ſed & viis

Παῖς ἔτι κουρίζουσα, τάδε προσέειπε γονῆα,
Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν,
Καὶ πολυωνυμίην· ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ.
Δὸς δ' ἰοὺς καὶ τόξα. ἔα πάτερ· οὔ σε φαρέτρην,
Οὐδ' αἰτέω μέγα τόξον (ἐμοὶ Κύκλωπες ὀϊστοὺς
Αὐτίκα τεχνήσονται, ἐμοὶ δ' εὐκαμπὲς ἄεμμα.)
Αλλὰ φαεσφορίην τε, καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα
Ζώννυσθαι λεγνωτόν, ἵν' ἄγρια θηρία καίνω.
Δὸς δέ μοι ἑξήκοντα χορήτιδας Ωκεανίνας,
Πάσας εἰνέτεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.
Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Αμνισίδας εἴκοσι νύμφας,
Αἵ τέ μοι ἐνδρομίδας τε, καὶ, ὁππότε μηκέτι λύγκας
Μήτ' ἐλάφους βάλλοιμι, θοοὺς κύνας εὖ κομέοιεν.
Δὸς δέ μοι οὔρεα πάντα. πόλιν δέ μοι ἥντινα νεῖμον,
Ηντινα λῇς· σπαρνὸν γὰρ ὅτ' Αρτεμις ἄστυ κάτεισιν.
Οὔρεσιν οἰκήσω· πόλεσιν δ' ἐπιμίξομαι ἀνδρῶν
Μοῦνον ὅτ' ὀξείῃσιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες
Τειρόμεναι καλέουσι βοηθόον· ᾗσί με μοῖραι
Γεινομένην τοπρῶτον ἐπεκλήρωσαν ἀρήγειν·
Οττι με καὶ τίκτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα
Μήτηρ, ἀλλ' ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων.
Ως ἡ παῖς εἰποῦσα, γενειάδος ἤθελε πατρὸς
Αψασθαι, πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας,
Μέχρις ἵνα ψαύσειε. πατὴρ δ' ἐπένευσε γελάσσας·
Φῆ δὲ καταρρέζων, Οτε μοι τοιαῦτα θέαιναι
Τίκτοιεν, τυτθόν κεν ἐγὼ ζηλήμονος Ηρης
Χωομένης ἀλέγοιμι. φέρευ τέκος ὅσσ' ἐθελημὸς
Αἰτίζεις, καὶ δ' ἄλλα πατὴρ ἔτι μείζονα δώσει·
Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα καὶ οὐχ ἕνα πύργον ὀπάσσω.
Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα, τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν
Εἴσεται, ἀλλὰ μόνην σε, καὶ Αρτέμιδος καλέεσθαι.
Πολλὰς δὲ ξυνῇ πόλιας διαμετρήσασθαι,
